Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



34

In omnibus requiem quesiui: et in hereditate dominu
morabor. Qui me creauit in requiuit in tabernaculo meo et dixit
mihi. In iacob inhabita: et in israel hereditare. et in electis
meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: et ciuita
te sanctificata similiter requiem et in ierusalem potestas
mea. Et radicauit in populo honorificato: et in parte dei
mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum detenco
mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: quasi cy
pressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum
in cades: et quasi plantatio rose in iericho. Quasi oli
ua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum
iuxta aquam in platheis. Sicut cynamomum et balsamum
aromatizans odorem dedi. Quasi murra electa dedi suauita
tem odoris. Ekp ropter veritatem et mansuetudinem et iusti
tiam et deducet te mirabiliter dextera tua ℣ Audi filia et uide et incli
na aurem tuam qui concupiuit rex speciem tuam Alla ℣ Assumpta
est maria in celum gaudet exercitus angelorum Sequentia
O quanta gaudent angelorum chori glorie virgini Que sine viri co
iuratione genuit Filium qui suo mundum cruore mediat
Nam ipsa letatur quod celi iam conspicatur principem Exterris au
quondam lugendas virgo mamillas pbuit Quam celebris angelis
maria christi mater creditur Qui filij illius debitos se cognoscant fa
mulos Qua gloria in celis ista virgo coluitur Que domino celi pbuit
hospitium cum sanctissimum corpus Quam splendida polo stella maris
rutilat Que omnium lumen astrorum et hominum atq; spiritum genuit Te
celi regina hec plebicula pius concelebrat incolatus Te canticum melodi
super etheria vna cum angelis eleuat Te libri virgo conamur pliarum
chorus iubilat Sacerdotum apli xpiq; milites predicant Te plebis seruus
sequitur vtrumq; vitam diligens virginalem celicolas in castimonia
emulans Ecclesia ergo cuncta te cordibus te carminibus celebrat
Tibi suam manifestat deuocationem pcatu te supplicat imploranus maria